GAUDEO
John Carter Brown
Library
Brown University

1950 –
tto[illegible]
9118L

DB 4494
H17

BIBLIOTHECA
Scriptorum Hiſtoriæ Naturali omnium Terræ Regionum inſervientium.

HISTORIÆ NATURALIS HELVETIÆ
Prodromus.

Acceſſit
Celeberrimi Viri
JACOBI LE LONG,
Bibliothecarii Oratoriani
De
Scriptoribus
Hiſtoriæ Naturalis Galliæ.

Collegit
JOH. JACOBUS SCHEUCHZER.
Med. D. Math. Prof. Societ.
Leopoldino-Carolinæ, Regiæ
Angl. & Boruſſ.

TIGURI,
Typis HENRICI BODMERI.
MDCCXVI.

(o)

ILLUSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO

Dn. LAURENTIO VERZUZO

BERETTI LANDI

Marchioni de Caſtello Scazzoſo,
Comiti di Ceretti,
Equiti Ordinis D. Jacobi,
Sacræ Regiæ Majeſtatis

PHILIPPI V.

Hiſpaniarum & Indiarum Regis
Conſiliario intimo, Camerario,
Oratori ad Reſpp. primùm
Helveticas & Rhæticas.

nunc

Fœderati Belgii
Potentiſſimas
meritiſſimo
Muſis faventiſſimo.

ORATOR EXCELLENTISSIME.

ARas Tuas, in ſolio licet ſublimi locatas, nec promiſcuas facio, nec temero, ſi quidquid hoc eſt, opellæ appendero; adeò enim ſpatioſâ Scientiarum luce fulgent, ut excludant nihil. Non immenſa Cœlorum Spatia ſiſto, non Plane-

tarum Sphæras æviternùm volubiles, ſed punctuli Terræ Naturam, vel, ſi mavis, Commentatores, Naturam, inquam, quæ aliquando & Regum Palatia intrat, ſæpe etiam in amicitiam & ſecretum admiſſa. Libellum mole parvum, ſed longâ annorum ſerie collectum, qui, ſi benignis abs Te excipiatur ulnis, ſatis, &, quod optabat, & præſtolatur, habet. Volant paſſim, in ſinum Bibliothecæ Tuæ vivæ admiſſæ, concentratæ variæ Scriptorum notitiæ, quæ viam pandunt ad Gentes varias, Linguas, Hiſtoriam, Antiquitates, Politiam, Ritus, & quidnon? Adeò nîl reconditum, quod eruditum hoc Seculum non protrahat in

dias luminis auras; adeò nîl puſillum, quin aliquousque exſurgat. Admitte, rogo, hunc, quisquis eſt, *Hiſtoriæ Helvetiæ Naturalis* Prodromum, qui quidem non intra Terrellæ noſtræ montoſæ ſubſiſtit limites, ſed, quæ inſatiabilis mea curioſitas eſt, ad ultimam ſe extendit Thulen, ad Garamantas & Indos, ad quos alio, ſed nobiliori longè, ſenſu ſeſe protendunt & Prudentia Tua, & Officia Tua. Pauciſſimos, non inficias eo, in Societate hac Eruditorum, invenies Hiſpanos; non tribues id Nationis politiſſimæ oſcitantiæ, ſed meæ inſcitiæ, & pauco admodùm reliquorum Europæorum cum Hiſpanis Commercio, & viam, quod pero

Tuo

Tuo erga Muſas meas affectu facies, pande ad Terras illas mihi hactenus & clauſas & incognitas. Laudes Tuas, *Orator Excellentiſsime*, deprædicare meum non eſt; nec poſſem, ſi vellem: ne audeo quidem, ne quid incondito Stylo deteram de veri dignitate. Ebuccinent Livii Tui, Taciti, Polybii, aliíque Veteris tam Romanæ, quàm Græcæ, Hiſtoriæ promi condi, quos in Officii Tui complementum diurnâ verſas manu, verſas nocturnâ. Laudibus Te afficiat *Placentia* Tua, Natale ſolum, quæ Nobili Te genuit Sanguine; Extollant *Landi, Pallavicini, Anguiſſolæ, Scotti, Arcelli*, Illuſtres aliæ, affinitate Tibi junctæ, Familiæ.

liæ. Extollant, & ad cœlum uſque, Ser^{mi} MANTUANI Ducis Manes, qui Te & evexit ad ſupremum Miniſterii Gradum, & alterâ vice ablegavit ad Auguſtiſſimum IMPERATOREM, Auguſtam Sororem, POLONIÆ Reginam, ad Ser^{mam} Remp. VENETAM, pleroſque ITALIÆ Principes, & Anno quidem Seculi labentis primo ad ipſum CLEMENTEM XI. Pontificem Maximum. Quid dicam dè Dignitate & meritiſſima & ampliſſima, Oratoris Extraordinarii ad Respp. primùm HELVETICAS, nunc UNITI BELGII potentiſſimas, collatam Tibi à PHILIPPO V. Hiſpanorum, & Indiarum Monarcha ſemper Auguſto,

guſto, cujus in Regno Sol nunquam occidit, occidat nunquam? Loquatur, me tacente, character ſolus. Soſpitet Tibi vitam Regum REX ſummus, vitam cœlo coævam; dicat benè & conſiliis Tuis & actionibus. Hoc eſt, quod animitus voveo

ILLUSTR. EXC. V.

Tiguri ex Muſeo
m. Jul. 1716.

Devotiſſimus Cliens

Joh. Jacobus Scheuchzer.
M. D.

PRÆFATIO ad Lectorem.

PRodromum hunc *Hiſtoriæ Naturalis Helvetiæ*, quæ ſub prelo eſt, eodem, ſpero, recipies affectu, quo alios hactenus editos hujus generis tum aliorum, tum meos labores. Excurrit, non mirare, Libellus hic ad ultimas Terræ oras, ſubſiſtet Hiſtoria ipſa intra Helvetiæ limites. Ita, nôſti, innexa eſt unius Regionis Hiſtoria Naturalis cum aliarum, longiſſimè etiam diſſitarum, Hiſtoria, ut vix unam plenè elaborare poſſis ſine alia; exploſa dudum è Scholis μεταβασις εἰς ἄλλο γένος, & ἀγαθῇ τύχῃ ne cognita quidem apud Logicaſtros μετάβασις εἰς ἄλλην χώραν. Helvetiam haud rarò quærere neceſſe habeo in Indiis, & Indiam in Helvetia. Patebit id ex Opere ipſo. Sunt Commercii neceſſario vinculo colligati univerſæ Terræ populi, quid nî & Natura omnibus eadem, Terræ ſtructura ubique ferè eadem? Eadem omnibus ad DEUM Naturæ Optimum Maximum Authorem glorificandum ex ipſis Naturæ Operibus obligatio. Religio Naturalis eadem. Vita, Sanitas, Elementa, media conſervandi eadem. Accendit una alteri Hiſtoriæ facem. Quæ heîc dubia ſunt, vel ob-

bſcura, clariora ſunt alibi. Diverſitas ipſa
undem Artificem, artificium idem, mon-
rat. Nolo in Patria ignorari, quæ reliquo
rbi data ſunt. Inſervire poterit hæc qua-
scunque Scriptorum collectio iis, qui Hi-
oriæ Naturali aliarum Regionum operam
avare in animo habent. Operis longè am-
lioris, & nunquam finituri eſto baſis.
u, quisquis es, adde, quod ego præterii, vel
itura proferet ætas; Supple defectum, cor-
ge errores. Omiſi, ne in nimiam excreſce-
t molem, præter intentionem & tuam &
eam, reliqua alius generis Scripta, quæ
diderunt Scriptores, reſervans ea *Biblio-
ecæ*, quam paro, triplici, *Botanicæ*, *Minera-
gicæ*, & *Zoologicæ*. Sunt in Studio Naturæ
uàm maximè, & inprimis, neceſſaria Expe-
imenta, αὐτοψία, Itinera; ſed & ſubſidia
ibraria, labores aliorum, utut parvi, ab-
cti, fabuloſas non excipio narrationes,
uæ correctionem & merentur & poſtulant.
rit hic aliquot luſtrorum decurſu collectus
Catalogus tantò gratior tibi, quò hujus ge-
eris Scriptores plerunque ſunt rariores.
u interim, ſi quid aliud noveris in operis
ujus Supplementum, pro Tuo erga Hiſto-
iam & me ipſum affectu communica. Rem
mihi,

mihi,& quod præcipuum eſt, publico facies gratiſſimam. Ecce, dum Ultimam & Operi, & correctioni manum admoveo, opportunè Pariſiis mittitur ex inſtructiſſima Hiſtoricorum Regni Galliæ collectione,quam Vir de Re Literaria, inprimis Bibliothecaria, tam Sacra, quàm profana, meritiſſimus *Jacobus Le Long*, luci publicæ & Regno deſtinat, Supplementum *de Scriptoribus Hiſtoriæ Naturalis Galliæ*, quod Appendicis, & Bellariorum loco ſiſto, eodemque, quo meos Scriptores,Alphabetico nempe ordine, diſpono; qnos quidem ipſe juxta Provinciarum ſeriem locavit methodo egregiâ & naturaliſſimâ. Intermiſcui, quos jam impreſſos habui, ſuo quemvis loco indicatâ paginâ, quo nihil de integra Hiſtoriæ Naturàli Galliæ deficiat. His vale.

INDEX

INDEX TITULORUM.

HISPANIA. PORTUGALLIA. pag. 3.

GALLIA. SABAUDIA. 6.

GERMANIA. 17.

BELGIUM FOEDERATUM. 82.

HELVETIA. 87.

TALIA. 117.

PANNONIA. 139.

CARINTHIA CARNIOLA. 140.

HUNGARIA. 140.

POLONIA. 142.

DANIA. SUEDIA. 144.

BRITTANNIA. 153.

SICILIA. MELITA. CORSICA. SARDINIA. 171.

ASIA. 174.

AFRICA. 192.

AMERICA. 198.

Appendix de Scriptoribus Hiſtoriæ Naturalis GALLIÆ Jacobi Le Long Bibliothecæ Oratorianæ Bihliothecarii. 213.

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM Hiſtoriæ Naturalis Specialis.

INfinitis laudibus deprædicanda eſt infinita DEI Sapientia, quæ ita in unum Syſtema corpora Mundana tum Totalia, tum Partialia coordinavit, ut etiam remotiſſima manifeſtam habeant ad invicem connexionem, omnia absque intermedio vacuo cohæreant, Sol diſtantiſſimus, imò & remotiores adhuc Stellæ Fixæ mediantibus radiis jungantur Terræ: in Mundo hoc Sublunari non duntaxat contiguas habemus Elementorum Sphæras, ſed ipſas Elementorum particulas ita invicem nexas, & incorporatas, ut ſingula aliorum miſcelâ ad ſui compoſitionem gaudeant, imò ferè neceſſe habeant. Societatem Humanam aſpice mecum, quàm illa indiſſolubili Naturæ ipſius, Legum Naturalium, mediorum ad vitæ ſuſtentationem, & commoditatem facientium, imò verò eorundem defectus aliunde ſupplendis, jungatur vinculo, quàm Europæis nobis propterea cognitæ ſint Gentes remotiſſimæ, ſalutentur Inſulæ in medio Oceano poſitæ, toto penè Orbe à nobis diſſitæ, in

altero veluti Mundo locatæ. Voluit id propter Sapientiſſimus Conditor, ut non varient ſubitò Climata ab uno extremo caloris gradu ad Frigoris oppoſitos, ne quovis momento periclitaretur peregrinantium vita, ſed per gradus veluti inſenſiles. Ita quoque variant ſenſim ſine ſenſu mores, Linguæ, Conſuetudines, Religiones, ne interrumpatur commercium. In Scientiis & Artibus quis neſcit Encyclopædiam, quâ omnes catenatim ita invicem ſunt illigatæ, ut unæ aliorum ſubſidio habeant opus, unæ aliis amicas porrigant manus, imò ſingulæ ferè aliarum limitibus veluti nectantur, & indententur, ſæpéque Medicus incipiat ante, quàm Phyſicus deſinit: Hinc eſt, quòd non adeò inviſa ſit hodie, ut fuit olim, μετάβασις εἰς ἄλλο γένος, ſed ſæpe utilis, jucunda, imò neceſſaria. Cui hic rerum cognoſcendarum nexus eſt vel obiter perſpectus, is non vitio vertet mihi, ſi Hiſtoriam Helvetiæ Naturalem illuſtrem aliquando per comparationem Exoticæ, utut ſæpe à nobis remotiſſimæ, quem in finem, & ut pateat, quid alibi Terrarum in hoc Studio fuerit peractum, impræſentiarum ſiſto compendioſam Relationem ejus, quod ad condendam Hiſtoriam aliarum Regionum Naturalem contulerunt alii, Geographico quidem ordine Regiones ipſas, Alphabethico autem Scriptores, ne quæ prærogativæ ergò oriatur lis, diſponens.

Ex *Aſia* poſtquam in *Europam* migrârunt, Providente DEO, Scientiæ unà cum Imperio, ſtrenuè labo-

laborari cœptum, plùs tamen hîc, quàm ibi, ut hæc illáve Natio ad labores perferendos aptior, Studiave excolenda promptior exiſtit, vel guſtum jam aliquem, majorem minorémve Rerum Divinarum ac Humanarum ſenſit. *Nam iſthic Naturalis levitas Populos agit, turbidisque incerta conſiliis, illic pingues gravesque animi triſti ſuperbiâ, tanquam ſpecie arcanæ ſapientiæ ferociunt, illi ſitim non tolerant, alii in mutationem, nec proviſa Conſilia, temporariis Ingeniis incumbunt, apud cæteros placari non poteſt ultionis ingenium. Rurſum virtutum æternitas, velut hæreditatis jure ſancita, in quibusdam ſimplex ides, in aliis acumen animorum, in pluribus fortitulo.* Sicuti in *Icone Animorum* ſcitè diſſerit *Barclajus* cap. 2.

HISPANIA. PORTUGALLIA.

In *Hiſpania*, quæ caput eſt *Europæ*, nobisque nunc complectitur *Hiſpaniam* Veterum *Tarraconenem*, *Bæticam*, & *Luſitanicam*, ſeu modernorum *Hipaniam*, *Portugalliam* & *Algarbiam*, *ſtudia literarum o cultu non nitent, quem hæc ætas nudis, & ſquaentibus Muſis repoſuit, cum periiſſe videretur ille Euditionis Spiritus, qui omnem Scientiarum partem lebet implere. Barclaj. Ic. Anim.* cap. 7. Non meiercle de Hiſpanis prædicari poteſt, quod de *Atheinenſibus Salluſtius in Catilinaria*, *quòd res ſuæ cribentium induſtriâ longè illuſtriores in toto orbe, uàm fuerint, referantur.* Quod Germana Natio eccare videtur in exceſſu, in ſcribendi nimia Ca-

coethe, Hiſpanica peccatin defectu. Hunc ipſum tamen defectum excuſat ita *Roderic. Santius* Epiſcopus Palentinus Dedicat. *Hiſtor. Hiſpan.* ad *Henricum IV.* Caſtell. & Legionis Regem. *Hiſpanica Gens nunquam habuit talem copiam Scriptorum, quia pauci ingenuam* (an *ingenium?*) *ſine corpore exercebant, & quilibet optimus vir volebat facere, quàm dicere, cupiebatque amplius ſua benefacta laudari, quàm ipſe aliorum benefacta narrare.* Ulteriùs ſi inquiramus in Studiorum penuriam apud hanc Gentem, aſſenſum dabimus *Alphonſo Garſiæ Matamoro* accuſanti in *Apologetica ſua narratione de Academiis Literatisque viris Hiſpaniæ* Bella, quæ geſſêre in hac Europæ Parte *Iberi, Perſæ, Phœnices, Græci, Carthaginenſes, Romani, Vandali, Alani, Gothi*, quibus nos jungere poſſumus *Gallos, Anglos, Belgas, Germanos*, qui non ita pridem Hiſpaniam Expeditionibus ſuis inundârunt, jungere, inquam, ſi non multi ex his ſeminia Studiorum, diſponente ita DEO, intulerunt potiùs Hiſpaniæ, quàm extulerunt. Dolendum nihilominus eſt, & mirandum, Hiſpanos moribus & ingenio tam graves, quive *in ſuæ Regionis dignitatem libros patrio ſermone conſcriptos amant haberi*, Hiſtoriæ ſuæ Patriæ Naturalem tam parùm excoluiſſe, ut pauciſſima in lucem prodierint hanc in rem monumenta: & Plantæ in Hiſpanico Solo naſcentes (de reliquis enim Naturæ Regnis parùm vel nihil habemus) ab exteris magis, quàm ipſis Incolis fuerint deſcriptæ: ſicuti earum plures in Itinere per Hiſpaniam & Portugalliam facto obſervatas, paſſim ſuis ſcriptis inſeruit Botanicorum

facilè

facilè Princeps, *Joſephus Pitton Tournefort* Aquiſextienſis. Sic quoque proſtat

Caroli Cluſii

Rariorum aliquot Stirpium per Hiſpanias obſervatarum Hiſtoria Libris II. expreſſa ad Maximilianum II. Imperatorem. Antuerp. 1576. 8. ap. Chriſtoph. Plantin.

Dabitur paſſim occaſio laudandi & citandi Labores diligentiſſimi hujus, & pro ætate ſtudii Botanici exactiſſimi Scriptoris, Patriâ *Atrebatis*, *d'Arras*, quæ Metropolis eſt *Arteſiæ*, cujus vitam & elogium habet *Ælius Everhardus Vorſtius* in Oratione Parentali, edita Lugd. Bat. 1609. 8.

Gabrielis Grisley, Luſitani.

Viridarium Luſitanum, prodiit Olyſſipon. 1660. 12. & 1661. 8.

Joh. Polus Lecaan Med. D. Anglus: Medicus Anglorum caſtrenſis primùm in Hybernia & Flandria, poſt in Hiſpania.

Advis to a Gentleman in the Army of his Majeſty's Forces in Spain and Portugall, &c. i. e. Monitorium pro illis, qui in Hiſpania & Portugallia pro Majeſtate Brittanicà militant: quo continetur Methodus brevis conſervandi Sanitatem,

cum obſervationibus nonnullis circa morbos illarum Regionum epidemicos. Addita eſt Recenſio virium Plantarum,ibi ſponte naſcentium,&c. Londin. ap. P. Varenne 1708. 8. vid. Journ. des Scavans 1709. p. 118.

GALLIA. SABAUDIA.

Gallia omnium Regnorum, quæ ad Occidentem receſſerunt, feliciſſima, ſicuti *ſoli bonitate cum Indole & genio Incolarum certat. Barclaj. Icon. Anim.* cap. 3. Ita Hiſtoriam Naturalem univerſam longiùs quàm Hiſpania, imò multæ aliæ Gentes, provectam habet, præſertim ſub auſpiciis LUDOVICI XIV. qui MAGNI cognomen meruit, vel ob Scientiarum omnigenarum, Literarúmve elegantiorum cultum per tot Academiarum Regiarum fundationes inſigniter promotum. Ingenii volatilitatem neſcio an laudandam, vel coercendam, in hoc ſpeciatim manifeſtat Natio, quòd in Hiſtoria potiùs Exotica Naturali quàm Speciali Gallicâ ſeſe exercuerint Galli. Miſit Potentiſſimus Rex in Græciam, Turciam, & Aſiaticas Regiones alias cum ſubſidiis neceſſariis *Tournefortium*, ut Plantas orientales inveſtigaret, in Americam profectus *Saracenus* & *Plumerius*, ob eundem finem, in Chinam Jeſuitæ *Tachard*, & *le Comte*, ſed per ipſam Galliam habemus oppidò paucos, qui Hiſtoriæ Naturalis ergò ex profeſſo ambulent. *Il eſt vray, que la paſſion de voir les plantes etrangeres, qui regne preſque chez tous les Botaniſtes, a fait une forte im-*

mpreſſion ſur leur eſprit, de laquelle s'ils avoient pû ſe uerir, ils auroient peut etre plus avancé dans la Meicine, principalement pour l'uſage des plantes de l'Europe. Judicium hoc eſt D. *Marchant*, qui indigenarum Galliæ Plantarum Examen in ſe ſuſcepit, *dans les Memoires de l'Acad. Roy des Scienc.* 1701. p. 215. Dandum autem eſt aliquid curioſitati & genio.

Hiſtoriæ Naturali Speciali Galliæ & Sabaudiæ inſerviunt Scriptores ſequentes:

Aſtruc.

Memoire ſur les Petrifications de Boutonnet petit village proche de Montpellier, lue dans l'Aſſemblée de la Societé Royale des Sciences a Montpellier. vid. Memoir. de Trevoux 1708. p. 512.

Richer de Belleval, Linguedocianus.

Deſſein touchant la Recherche des Plantes du Pays de Languedoc. Montpellier. 1605. 8.

Paulus Boccone, Siculus.

Plantæ rariores Siciliæ, Melitæ, Galliæ & Italiæ. Lond. & Oxon. 1674. 4.

De Materia ſimili Lithomargæ Agricolæ, aut Agarico minerali Ferr. Imperati, quæ in cavitate quorundam Saxorum aut Silicum in Diſtrictu Civitatis Rothomagenſis & Portus Gratiæ invenitur in Normannia. Eph. Germ. Cent. I. p. 5.

Dioniſius Salvagnius Boeſſius.

Septem miracula Delphinatus 1. De Fonte Ardenti. 2. De Turre veneni experte. 3. De Monte inacceſſo. 4. De Tinis Saſſenagiis. 5. De Fonte vinoſo. 6. De Manna Brigantienſe. 7. De Barbero. Gratianopol. ap. Phil. Chamyſ. 1656. 8.

Burlet.

Examen des Eaux de Vichi & de Bourbon. *Mem.* de l'Acad. Roy. 1707. p. 97. 12.

Jacobus Cabagneſius Cadomenſis.

De Aqua Fontis Hebecrevonii Prælectio habita in Scholis Academiæ Cadomenſis. Cadom. ap. Jac. Baſſum. 1612. 8.

Symphorianus Campegius, Lugdunenſis, Eques auratus, Lotharing. Principis Archiater.

Hortus Gallicus pro Gallis in Gallia ſcriptus, veruntamen non minùs Italis, quàm Germanis & Hiſpanis, quàm Gallis neceſſarius. In quo Gallos in Gallia omnium ægritudinum remedia reperire docet, nec Medicaminibus egere peregrinis, quum Deus & Natura de neceſſariis unicuique Regioni provideat. Huic accedit analogia Medicinarum Indarum & Gallicarum, in qua Gallos in Gallia omnes Medicinas laxativas Gallis neceſſarias reperire docet; nec Medicaminibus egere peregrinis. Lugd. ap. Melchior. & Caſp. Trechſel. 1533. 8.

Cam-

Campus Elyſius Galliæ amœnitate refertus,in uo ſunt Medicinæ compoſitæ , Herbæ & Plantæ irentes, in quo quidquid ~ud Indos, Arabes, & 'œnos reperitur , apud Ga.. reperiri poſſe de-nonſtratur. Ibid. ap. eund. . ,53. 8.

Gallicum Pentapharmacum Rhabarbaro,Aga-ico, Manna , Terebinthina, & Sene Gallica con-tans, cum Donati à Mutiis Medici Raguſini Epi-tola de Terebinthinæ Reſinæ facultatibus. Ibid. p. eund. 1534. 8.

Chomel.

Hiſtoire des Plantes d'Auvergne, cujus Frag-nenta inſerta videas dans l'Hiſt. de l' Acad. Roy. 1702. p.44. 1703. p.57. 1704. p.41. 1705. p. 59. & Memoir. p. 387. 1706. Memoir. p. 87.

Ejusdem des Eaux minerales du Mont d'or. Hiſt. de l'Acad. 1702. p.44.

Des Eaux minerales d'Auvergne & du Bour-bonnois. Hiſt. de l'Acad. Roy. 1708. p. 59.

Du Clos Conſiliar. & Med. Reg.

Obſervationes ſuper Aquis Mineralibus diver-ſarum Provinciarum Galliæ in Academia Scientia-rum Regia in A. 1670. & 1671. factæ, ac jun-ctim editæ. Lugd. Bat. 1685. 8.

De Aquis mineralibus quæ Provini (Provins) reperiuntur, 1667. v. du Ham. Hiſt. Acad. Scient. p. 14.

Jacobus Cornutus Pariſienſis.

Enchiridion Botanicum Pariſienſe, continens Indicem Plantarum, quæ in Pagis, Sylvis, Pratis,& montoſis juxta Pariſios locis naſcuntur. Paris. ap. Simonem le Moyne 1635. 4. unà cum Hiſtoria Plantarum Canadenſium.

Stephanus Couturier.

Traitté des Eaux minerales de Bourges. Bourges 1685. 12.

Nicolaus Dortomannus Monſpelienſis.

De cauſis & effectibus Thermarum Belilucanarum parvo intervallo à Monſpelienſi Urbe diſtantium Libri duo. Lugd. ap. Carolum Peſnot. 1579. 8.

Joh. Baptiſta Callard de la Ducquerie Med. & Prof. Cadomenſis.

Ager Medicus Cadomenſis, ſive Hortus Plantarum, quæ in locis paludoſis, pratenſibus, maritimis, arenoſis, & ſylveſtribus prope Cadomum in Normannia Sponté naſcuntur.

Claudius Fouet.

Nouveau Syſteme des Bains,& Eaux minerales de Vichy en Bourbonnois. Paris. 1686. 12.

Garidel.

Promittit Prodromum Provincialem, Hiſtoriam Plantarum circa Aquas Sextias naſcentium.

Sere-

Sereniſſimi GASTONIS Aurelianenſis Ducis
Labores in colligendis *Plantis Galliæ indigenis* ſummopere laudat *Robert. Moriſon* in Horti Regii Bleſenſ. Præf. & Dedicat. quem edidit Londin. 1669. 8.

Geoffroy.

Obſervations ſur les Analiſes du Coraïl, de quelques autres Plantes Pierreuſes, faites par M. le Comte Marſigli. Mem. de l'Acad. Roy. 1708. p. 102.

Givre Med.

De Aquis mineralibus quæ Provini (Provins) reperiuntur.

Goiſſon. Med. D. Lugdunenſis.

Laborat in Hiſtoria Plantarum circa Lugdunum naſcentium.

Antonius Juſſieu Med. D. Lugdunenſis, in Hiſtoria Naturali Galliæ ſpeciatim Plantarum multa collegit in Itineribus ſuis per Agrum Lugdunenſem, Delphinatum, Alpes, Provinciam, Linguedociam, Cebennates, &c.

Deſcription d'une mine de cuivre & de Vitriol des environs de Lion, leüe a l'Academie Royale le 13. Juill. 1709.

Deſcription du Chondrilla anguſtiſſimo, longiſſimo, integróque folio, leüe a la dite Academie le 14. Aout. 1709.

Petrus

Petrus *Magnol*, Med. D. & Prof. in Acad. Monſpelienſi.

Botanicum Monſpelienſe, ſive Plantarum circa Monſpelium naſcentium Index (*πξωτογνώμων*) In quo Plantarum nomina meliora ſeliguntur: Loca, in quibus Plantæ ſponte adoleſcunt, tum à prioribus Botanicis, tum ab Authore obſervata indicantur, & præcipuæ facultates edocentur. Adduntur variarum Plantarum nondum deſcriptarum Deſcriptiones & Icones, tum & figuræ quarundam, quas ſolùm deſcripſit C. B. in Prodromo. Lugd. 1676. 8. ex Officina Franciſci Carteron, Impenſis Franciſci Bourles Bibliopolæ Monſpel.

Botanici Monſpelienſis Appendix. Montpelier. 1686.

Alia Authoris Scripta, quæ Botanicam Scientiam in genere attinent, recenſebuntur alibi.

Abbas Marius.

Journal des Tremblements de Terre arrivez a Manosque en Provence. Memoir. des Trevoux. 1708. p. 2094.

Marſiglius (Aloys Ferdinand) Comes.

Eſſay Phyſique de l'Hiſtoire Naturelle de la Mer. Continet præſertim Hiſtoriam naturalem Maris Mediterranei, ad oras Linguedociæ & Provinciæ,

iæ, ubi degit Annis 1706. & 1707. Obſervationes uasdam ejus de Coralliis, aliisque Plantis mariis affert Geoffroy. Mem. de l'Acad. Roy. 1708. . 102. prodiit Venetiis. 1711. 4. ſub Titulo: *Brieve Riſtretto del Saggio Fiſico intorno alla Storia el Mare.* preſſo Andrea Poletti. Annectuntur *Anotationi intorno alla Grana de Tintori detta kernes.*

Morin.

Sur les Eaux de Forges. Hiſt. de l'Acad. Roy. 1708. p. 57.

Michael Noſtradamus.

Ein erſchrecklich vvunderbarlich Zeichen, ſo den 10. Mart. 1554. zvviſchen 7. und 8. Uhren in der Statt Chalons in Franckreich von vielen Leuchen geſehen vvorden. Auſs dem Franzöſiſchen überſetzet. Nürnberg bey Joachim Heller. f. pl. 1.

J. Paſcal.

Traitté des Eaux de Bourbon l'Archambaud. Paris. 1699. 12.

Regis.

Examen des Eaux de Balaruc en Languedoc. Hiſt. de l'Acad. Roy. 1699. 55.

Spon & *Garnier* Medici Lugdunenſes.

Iter fecerunt in Arverniam & Burbonenſem Tractatum Aquas minerales examinaturi. v. Mem. de l'Acad. Roy. 1707. p. 98.

Saig.

Saignette Medicus Rupellanus.

Examen des Eaux de Vichi & de Bourbon, ci-tatur dans les Mem. de l'Acad. Roy. 1707. p.98.

J. Stephanus Strobelberger.

Galliæ Politico-Medica Deſcriptio, de Qualitatibus Regni Gallici, Academiis, Urbibus, Fluviis, Aquis Medicatis, Aere, Plantis, Mineralibus diſſerens. Jen. 1621. 12. ap. Joh. Beithmann.

Hiſtoria Monſpelienſis. Norib. 1626. 12.

Tractatus, in quo de Cocco baphica, & qua inde paratur, Confectionis Alkermes uſu diſſeritur: cui inſertus eſt Laurentii Catelani geminus ejusdem Confectionis præparandi modus. Jen. 1620. 4. ap. Joh. Beithmann.

Reliqua Authoris ſcripta recenſet *van der Linden.*

Joſephus Pitton Tournefort.

Hiſtoire des Plantes, qui naiſſent aux environs de Paris avec leur uſage dans la Medecine. Paris de l'Imprimerie Royale. 1698. 8.

Habent, quod de hoc cive ſuo glorientur *Aquæ ſextiæ*, urbs à C. Sextio Calvino & Aquis calidis ibi reperiundis ita dicta, Provinciæ nunc adſcripta: imò habet, quod de Botanico hoc inter Principes meritò locando glorietur Gallia Univerſa, atque ipſa Respublica Hiſtorico-Botanica, cui inſigni ſunt adjumento & ornamento tot opera Tournefortii alibi recenſenda, tot per Galliam,

iam, Hiſpaniam & Orientaliores Europæ & Aſiæ Regiones auſpiciis Regiis ſuſcepta Itinera, ingens pplicatio, ardens deſiderium,& mira in characteibus diſtinguendis facilitas.

Vieuſſens Conſiliarius & Medicus Regius, Acad. Reg. Scient. & Soc. Reg. Anglic.

Analyſe des Eaux de Balaruc en Languedoc, vec leurs proprietés. Mem. de Trevoux. 1709. . 456.

Anonymi.

Lettres ſur l'Analyſe & la vertu de l'eau naurelle & minerale d'une Source, qui eſt dans le Jardin de feu Mr. Billet, proche la Croix Faubin u Fauxbourg St. Antoine. Paris. 1705.

La grande & merueilleuſe Bete,laquelle a eté eue entre Antibes & Nice.

Lavraye Figure d'un Monſtre né au Pays de Berry en la Terre du Seigneur d'Aumont 1560. f. pl. 1.

Wahrhafftige neue Zeitung von ſieben Stätten, vvelche mit dem Volk,und alles,vvas darinn vvar, in den Grenzen von Frankreich verſunken, und untergangen. Ein andere erſchrockliche Geſchicht von einem Fahl eines Bergs in Saffoy hinter S. Bernhards Berg im Augſtal gelegen, nicht vveit von der Statt Augſt,der ein groſs Dorff ſamt 111. Perſonen ohn die Kinder zugedeckt hat. Straſsb. bey Thieb. Berger, 1567. 4.

Zeitung

Zeitung von zvveyen gevvapneten Männeren, ſo am Himmel mit zvveyen feurigen Schvverteren, und anderen Geſichten über Calis geſehen vvorden, d. 3. Febr. 1567. Straſsb.

Ein anders Lied von dem erſchröcklichen Waſſer, geſchehen in der Grafſſchafft Egmondt in Frankreich, d. 6. Dec. 1570.

Wunderzeichen, vvelches zu Roſchel am Himmel geſtanden und allda iſt geſehen vvorden, d. 30. Mart. 1573. Schvveinfurt bey Joh. Friſch.

Ein vvahrhafftig neues Lied von den Wunderzeichen, vvelche GOTT hat zu Roſchel erſcheinen laſſen, d. 30. Mart. 1573.

Wahrhaffte und eigentliche Auſsgeſchrifft eines Brieffs an den Duc de Alba geſchrieben vvorden, durch Don Franciſco de Mendoza, einem Spaniſchen Edelmann, und meldet von mächtigen und groſſen Wunderzeichen, Erdbidem, Blitz und Thunner, ſo geſchehen bey Montpelier d. 5. Sept. 1573. Cöln bey Peter Hans.

Horribil moſtro nato in Cher, Terra del Piamonte della moglie di un Dottor a 10. di Genn. 1578. a hore 8. di notte, & ha la gamba deſtra roſſa & il reſto del corpo di color beretin con 5. corni quello che li pende dalla teſta e dicarne, quello che a atorno lagola e dicarne, &c.

Pourtrait d'un Prodige & enfant petrefié, lequel a eté trouvé au Cadaver d'une femme en la ville de Sens le 16. de May 1582. elle eſtant agée de 68. ans, & l'ayant porté en ſon ventre par l'eſpace de 28. ans.

GERMA-

GERMANIA.

De *Germania* ſequens tulit Iudicium *Barclai*
Ic. Anim. cap. 5. Literæ in multis locis cultæ inter ho-
nines minùs ſciendi avidos, quám docendi. Plura,
quám legerint, ſcribunt, & ſuam famam ex Volumi-
num, quæ edunt numero, aut magnitudine æſtimant.
Vis mentium ut opaca, ita ad æternitatem laborum eſt
robuſta, ut cœteri meliùs quidem ſcire, illi verò plura
oſſint. Sub hac Germaniæ communi notione
quoniam moderni Geographi comprehendunt
non duntaxat Romanum Imperium in X. Circu-
os diviſum, ſed et Bohemiam, Helvetiam ac Bel-
gium; noſtrum equidem foret, compatriotas Ger-
nanos à criminibus compilationis, et putidæ
ſcribendi cacöethes, quæ aliquibus equidem ad-
hærent, non tamen toti Nationi imputanda ve-
niunt, vindicare, niſi ab aliis id jam præſtitum
fuiſſet, nominatim á *Bernhardo Petro Karl* in
Diſs. *de Germania Artibus Literisque nulli ſecundá.*
Roſtoch. 1698. *Joh. Daniele Major* Seefahrt nach
der neuen Welt ohne Schiff und Segel. p. 128.
ut alios taceam. Res ipſa loquitur, ubi Germa-
norum merita in Hiſtoriam Patriæ ſuæ Naturalem
è Catalogo ſequentium Operum, et magis adhuc
ectione eorum, ſponte, et absque ulteriori com-
mendatione innoteſcent: quamvis non diffiten-
dum ſit, occurrere paſſim, quæ nil novi conti-
nent præter titulum, eumque magnificum.

J. J. A. M. L. & P.

Kurze doch ausführliche Beſchreibung von dem in hochteutſchland hochberühmten Kayſer Carls Bad, vvie das Waſſertrinken und Baden recht anzufangen, fortzuſezen und zu vollenden ſeye, nebſt courieuſen Hiſtorien, und anderen merkvvürdigen dingen. Freyburg. bey Jean Baigneur. 1710. 8.

Paulus Ammannus Lipſienſis.

Suppellex Botanica, ſive enumeratio Plantarum, quæ non ſolúm in Horto Medico Academiæ Lipſienſis, ſed etiam in aliis circa Urbem Viridariis, Pratis ac Sylvis progerminare ſolent. Lipſ. 1675. 8.

Scripta alia enumerabuntur aliâ Occaſione.

Johannes Arcularius.

De Acidulis Svvalbacenſibus Epiſtola, quæ ſimul continet Hiſtoriam mirabilis Delirii: Extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. ap. Mathæum Merian. 1631. 4 p. 60.

Joh. Conradus Axtius.

Tractatus de Arboribus coniferis, & Pice conficienda, aliisqúe ex illis Arboribus provenientibus. Jen. 1679. 12.

Joh.

Joh. Jacobus Bajerus. Phil & Med. D. hujusqúe in Acad. Altorffina Prof. Reip. Norimb. Phyſic.

Ὀρυκτογραφία Norica, ſive Rerum Foſſilium ad Minerale Regnum pertinentium in Territorio Norimbergenſi, ejusque vicinia obſervatorum ſuccincta Deſcriptio: Cum Jconibus Lapidum Figuratorum feré ducentis. Norimb. Imp. Wolfgangi Michaelis. 1708. 4.

Bohus laus Balbinus.

Miſcellanea Hiſtorica Regni Bohemiæ, quibus Natura Bohemicæ Telluris indicatur. Pragæ. 1679. f.

C. A. Balduinus.

Venus aurea in forma Chryſocollæ foſſilis cum Fulmine cœlitus delapſæ prope Haynam. die 28. May 1677. Uratislau.

Leonhardus Baltner. Piſcator & Auceps Argentinenſis.

Deſcripſit & depinxit Piſces & Aves, *quæ* in Rheno & circa Argentoratum reperiuntur. MSC. coemit Eques *Willougby*, et paſſim inſeruit *Ornithologiæ* ſuæ & *Ichtyographiæ.*

Petrus Bauheſius.

De Thermis Aquisgranenſibus. Antverp. 1555. 8.

Johannes Bauhinus Baſilienſis.

De Aquis Medicatis Nova Methodus Libris IV. comprehenſa. Agitur in iis de Fontibus celebribus, Balneis univerſæ Europæ, & potiſſimúm Ducatus Wirtenbergici, eorum mixtionibus, Metallis, ſuccis, inveſtigandi, utendi modo, ac eorum viribus. Item de variis Foſſilibus, Stirpibus & inſectis, quorum plurimæ figuræ ſive Icones, & Regionum Tabulæ adduntur. Montisbeligard. ap. Iacob. Foillet. 1605. 4.

Paginis Libri ipſius inſcribitur *Hiſtoria admirabilis Fontis Bollenſis*. Ex Idiomate Latino invernaculum transtulit *David Forter*. Stutgard. 1602.4.

Author ipſe natus eſt Baſileæ 1541. Patre *Johanne Bauhino*. Obiit Montbelgardi, ubi ſepultus, Illuſtriſs. Ducis Wittenberg. ultra Annos 40. á Conſiliis Medicis. Vixit Annos 72. menſes 8. dies 14. Vitam & Scripta videſis in *Nov. Lit. Helvet.* 1704. p. 55.

Elias Beaumontius. Med. D. Anatomicus Seren. Landgravii Haſſ.

Traitté des Eaux Minerales de Hoffgeismar en Latin, François & Alleman. Caſſel. chez Henry Harmes. 1701. 8.

J. C.

J. C. Becmann.

Catalogus plantarum in Tractu Francofordiano ſponte naſcentium. Proſtat in Admirandis Francofortanis. Francof. ad oderam. 1676. 4.

Fridericus Becmann. Francofurtenſis Marchicus.

Oratio *de Monte Giganteo* habita Francof. ad Oderam d. 10. febr. 1679. inſerta I. C. Becmanni *Hiſtoriæ orbis Terrarum Geograph. & Civili. p. m. 283.*

Georgius Henningus Behrens Nordhuſanus Med.

Hercynia curioſa, oder curieuſer Harzvvald, das iſt, ſonderbahre Beſchreibung und Verzeichnus derer curieuſen Hölen, Seen, Brünnen, Bergen, und vilen anderen an und auf dem Harz verhandenen denkvvürdigen Sachen, mit unterſchiedenen nuzlichen und ergezlichen Mediciniſchen, phyſicaliſchen, und hiſtoriſchen Anmerkungen. Nordhauſen. bey Karl Chriſtian Neuenhahn. 1703. 4.

Promittit idem Author Herbarium Hercynicum.

Joh. Gothofredus Berger. Med. D. & Prof. Wittenberg.

Prodromus Commentationis de Carolinis

 Bohe-

Bohemiæ Fontibus Diſs. I. Reſp. *Ioh. Benjamin Pomſel* Pirnâ Miſn. Wittenb. 1708. vid. Nov. Lit. Germ. 1708. p. 378.

De Thermis Carolinis Commentatio, qua omnium origo Fontium calidorum itemque acidorum ex Pyrite oſtenditur. Wittenberg. Prelo Gerdeſiano. Guelferbyt. ſumt. Gothofr. Freytag, 1709. 4.

Andreas Bertholdus, Oſchazenſis Miſnicus.

Terræ Sigillatæ nuper in Germania repertæ vires, atque adminiſtrandæ ac uſurpandæ ratio 1583. 4. Francof. ad Mœn. & Miſniæ ap. Chriſtophorum Rab.

Joh. Erneſt Bieravius, Rodheſmenſis.

Oratio de Fodinarum Haſſo-Darmſtadinarum Ferrariarum origine progreſſuet uſu. Gieſs. 1705.

Franciſcus Blondellus

Thermarum Aquisgranenſium & Porcetanarum Deſcriptio. Traject. ad Moſam. 1685. 12.

de Bois. M. D.

Beſchreibung des Schleder Saürlings. Eger. 1695.

Georgius Bollmann Med. D.

Pyrmontiſcher Saurbrunn. Marburg. 1682.

Con-

Conradus Boloveſus, Fridemontanus.

Hiſtoria & interpretatio Prodigii, quo cœlum ardere viſum eſt per plurimas Germaniæ Regiones ineunte Anno 1561. die tertio à natali Dominico, qui pueris innocentibus dedicatus eſt: Et de aliis quibusdam Prodigiis veteribus & novis.

Salomo Braun Med. D.

Teutſcher Iordan, oder Biberacher Bad. Augſpurg. 1673. 8.

Joh. Philippus Breyn. Med. D. Gedanenſis.

Obtinuit MSC. *Floræ Pruſſicæ quaſimodo genitæ*, quæ eſt Supplementum *Floræ Pruſſicæ Lœſelianæ* á *Gottſchedio* editæ, & ultra 300. Plantas continet in dicta Flora non reperiundas: Hoc Supplementum correctum editurum ſe promittit in Lit. d. 8. Iun. 1709. ad me datis.

Petrus Bruheſius.

De Thermarum Aquisgranenſium viribus, cauſa, ac legitimo uſu Epiſtolæ duæ ſcriptæ A. 1550. In quibus etiam acidarum Aquarum ultra Leodium exiſtentium facultas & ſumendi ratio explicatur. Antuerp. ap. Ioh. Polum. 1555. 8.

Johannes Amandus Brunnerus, Schrap-
lau. Saxo.

Diſſ. Phyſica, de figuris variarum rerum in Lapidibus & ſpeciatim Foſſilibus Comitatus Mansfeldici. Præſide D. *Valentino Alberti* SS. Th. Lic. & Prof. Lip. Lit. Joh. Georgii. 1675. 4.

Caſpar Bruſchius, Schlakenvvaldenſis.

Beſchreibung des Fichtelbergs, aus vvelchem 4. Schiffreiche Waſſer, der Meyn, die Eger, die Nab, und Sal entſpringen, darinnen vil alter Hiſtorien erkläret vverden. Item ein Beſchreibung des Fluſſes Eger und aller einflüſſenden Waſſer, und anſtoſſenden Fleken, beſonder auch des Schlakervvalderiſchen Zinnbergvverks, vvelches die Hub genennet vvird, nebſt Vermeldung, vvas der Schvvade ſey, ſo die Bergleuthe erſtiket. durch M. Zachariam Theobaldum Juniorem. Nürenberg bey Georg Scheürer. 1683. 4.

Natus eſt Bruſchius. *A. 1518. d. 19. Aug.* mortuus ſicariorum manu, qui eum ex invidia interfecerunt in Sylva inter Rottenburg & Windsheim. 1559. d. 15. Nov. ut conſtat ex Catal. Celebr. Viror. Krügeri. p. 54.

Joh. Erneſtus Burggravius, Neuſtad
Electoralis.

De Acidulis ſvvalbacenſibus Epiſtola. Extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit. Francof. ap. Math. Merian. 1631. p. 70.

M. D.

M. Dav. Sigiſm. Büttner, V. D. M. Querfurtenſis.

Rudera Diluvii Teſtes, i. e. Zeichen und Zeu-
en der Sündfluth, in Anſehung des jezigen zu-
andes unſerer Erd-und Waſſerkugel, inſonder-
eit der darinnen vielfaltig auch zeither in Quer-
ırtiſchen Revier unterſchiedlich angetroffenen,
hemahls verſchvvemten thiere und gevvächſe
ey dem Liecht natürlicher Weisheit betrachtet.
.eipzig. 1710. 4.

Thomas Byetius.

Obſervationes in Deſcriptionem Phil. Gærin-
i, & ſuper natura & uſu Fontium acidorum Pa-
i Spa, & Ferrati Tungrenſis. Extant cum Gæringi
'ontium acidorum deſcriptione Leod. ap. Henr.
Iovium. 1592. 8.

Rodolphus Jacobus Camerarius, Med. D. & P. Tubingenſis.

Conſtitutio epidemica Tubingenſis Anni
701. Eph. Germ. Cent. I. App. p. 65.
Schediasma ad Hiſtoriam epidemicam Anni
702. Eph. cit. p. 68.

Joh. Hiskia Cardilucius, Med. D. Norimbergenſis.

Nürenbergiſche Wildbads Beſchreibung.
Nürenberg. 1687. 12.

Johannes Ceporinus, Med. D.

Deinacher Saurbrunn. Tubing. 1677. 8.

Johannes Chemnitius, Brunſvicenſis.

Index Plantarum circa Brunſvigam naſcentium. Brunſvig. 1652. 4.

Conr. Cleſſius, V. D. M. Caſtaneopolitanus ad Mœnum.

Deſcriptio mirabilis ac rariſſimi Partus, qui factus eſt Caſtaneopoli (Keſtath in der Graffſchafft Hanau) per Margaretam Henrici Steynii conjugem die 25. Mart. 1580. Lat. & Germ. Frankfurt bey Anthoni Courtheois.

Hermannus Conringius, Friſius.

De Germanorum Corporum Habitus antiqui & novi cauſis Diſſ. Helmſtad. ap. Henning. Müller. 1645. 4.

Valerius Cordus, Simeſuſius, *Euricii Cordi* Poetæ & Medici eximii Filius, ad excolendam Hiſtoriam Naturalem, quam variis in Germania & Italia Itineribus promovit, natus A. 1515. denatus Sept. Cal. Oct. Febri ex immoderato fructuum eſu contractâ prope Romam 1544. intimante hæc & alia ad vitam Cordi ſpectantia

:antia *Cratone*, trium Imperatorum Medico, Epiſtolâ ad *Conr. Geſſnerum*, operibus Cordi præfixa.

Sylva, quâ rerum foſſilium in Germania, rimorum metallorum, Lapidum, & Stirpium iarum notitiam breviſſimé perſequitur, imſſa cum Hiſtoria Stirpium. Tiguri 1561. fol.

Alia Scripta memorabuntur alibi.

Balthaſar Thomas Cretſchmarius.

Mineralogia Montis Gigantei. Witteb. 1662. 4.

Henricus Crolachius, Gothanus.

Iſatis Herba, ſeu de cultura Herbæ Iſatidis, am Guadum vulgò vocant, quamque Thugia producit, ac ejusdem præparationes, qua tingendas lanas apta redditur. Tiguri. 1555. ap. Iac. Geſſner.

Andreas Cunæus, Med. D.

Pyrmontiſcher und Dr.burgiſcher Saurer Heilunn. Lemgovv. 1677. 8.

Joh. Henricus Decker Med. D. Hamburgenſis.

Unpaſſioniertes Unterſuchen des Bergdorffer iurbrunnen, in Entgegenhaltung des Saamſers, der ſo genanten Schvvarzen bekſchen, des bey amburg neben dem Auſſchlägervveg ſich findenden

denden Geſundbrunnen, und des gemein
Sprinckvvaſſers. Hamburg. 1703. 4.

Georg Detharding, Med. D.

Diſp. de Salubritate Aeris Roſtochienſ
Reſp. Joh. Gerhardo. Roſtoch. 1705.

Johannes Deucer.

De Thermis Ferinis Enzianis Ducatus Wi
tenbergici, vulgò Wildbad. Argentorat. 163
12. ap. Caſp. Diezelium.

Joh. Dryander, Med. D. Math. in Acad, Marp. Prof.

De Balneis Eniſenſibus Liber. Marpurg. a
Cervicornum. 1535. 8. & Operis Veneti de Ba
neis p. 290.

Joh. Caſparus Ebert, Neokirchio Javoranus, in Ducatu Olsnenſi degens.

Præter alia Hiſtoriam Sileſiæ attinentia, qu
memorantur in *Novis Literar. German.* Ann
1705. p. 286. ad prelum parat

Schediaſma de admirandis Naturæ in Sile
ſia.

Ehm.

An account of Dr. Ehms Treatiſe of St. Geo
g

Bath by Landeck in the Lordſchip of Glats
ar Sileſia. Philoſ. Transact. n. 308. p. 2346.

Joh. Chriſtophorus Eiſenmenger, Med. D.

Beſchreibung des Badbrunnen Waſſers zu
etenau im Herzogthum Wirtemberg. Stutt-
rt. 1654. 1669. 12.

Joh. Sigismundus Elsholz, Francofurtenſis Marchio-Brandenburgicus.

Flora Marchica. Berolin. 1663. 8.

Broderus Enevvald, Dagebulo Sleſvicenſis.

Hiſtoria Inundationum Chronotactica, das iſt,
ſtoriſch Chronologiſche Nachricht von denen
oſſen, und ſchädlichen Waſſerfluthen, vvel-
e in den nächſten 1000. Jahren unterſchiede-
Europeiſche Reicher, Fürſtenthümer, und
nder, unter anderen vornemlich die Cimbri-
ie Peninſul, und andere ſo vvol an der Oſt-
Weſt-See gelegenen, bevorab dem Cimber-
id benachbarte Provinzen und Herrſchafften
troffen haben, dabey auch einige vom Regen-
d Schnee-Waſſer, oder friſchen Strömen allein,
ı und vvider verurſachte überſchvvemmungen
t eingemiſchet ſeyn. Stormar. 1705. 4.

Thomas

Thomas Eraſtus, Helvetio-Aquenſis.

Epiſtola de Lapidis Sabuloſi [qui in Palati
tu ad Rhenum reperitur] Hiſtoria, ortu, nat
& cauſis. Extat Parte II. Diſp. de Nova Parac
ſi Medicina. Baſil. 1572. 4.

Alia *Eraſti* Scripta videſis alibi.

Gallus Etſchenreuter, Med. D. Argenti

Von den allerheilſamſten und nuzlichſ
Bäderen, Saurbrunnen. und anderen Waſſer
ſo in Teutſchland bekant &c. Straſſburg. bey J
Martin. 1609.

Joh. Chriſtoph. Ettner. Breſlavienſis
Med. D. S. Cæſ. Maj.
Conſiliarius.

Gründtliche Beſchreibung des Egeriſch
Saurbrunnens, oder ſo genanten Schleder Saü
lings, vvoher derſelbe entſpringe, vvas vor I
genſchafften er mit ſich führe, in vvelcherl
Kranckheiten und Zufählen er nuzlich u
ſchädlich, und vvie er ſo vvol äuſſer-als inni
lich zugebrauchen ſeye. Ingleichem, vvie mit d
nun durch zvvölff Jahren hero höchſt erſprie
lich gepflogenen Badecur, das ſie ihren herr
chen effect in denen Beſchvvernüſſen Menſch
chen Cörpers ausübe, muſſ verfahren vverde
Nürnberg. in Verlegung Joh. Ziegers. bey Jo
Mic

ſichael. Spörlins Seligen Wittib. 1710. 12.
Experimenta varia in corpore ſuo probata re-
enſet. p. 76. 109. 110. 137.

Joh. Mathias Faber.

Strychnomania, quam occaſione Stragis in Du-
ali Wirtemberg. Sede A. 1667. obortæ edidit.
ug. Vindel. 1677. 4.

Franciſcus Fabritius, Ruremundanus
Medicus Aquenſis.

De Balneorum Naturalium, præcipué eorum,
uæ Aquisgrani & Porceti Natura & Facultati-
us, & qua ratione illis utendum ſit, Libellus
erutilis. Colon. ap. Gaſpar. Gennepæum 1546. 4.
bid. 1564. 4. ap. Maternum Cholinum. ap. Joh.
inkium. 1616. 1617. 8.

Joh. Fautſchius.

Binæ Deſcriptiones Thermarum Ferinarum,
ulgò Wildbad, & Fontium Acidularum Vallis
etrinæ. Friburg. Brisgoi. 1618. 4.

Joh. Franci.

Hortus Luſatiæ. Budiſſ. 1594. 4.

Joh. Georgius Francus, de Franckenau
Med. D. Ser. Daniæ Regis Archiater.

Floralia Terræ Palatinæ. Heidelb. 1679. 4.
Viri-

Viridaria Agri Heidelbergenſis. &c. Ibid. 1681.
Chloris Palatina &c. Ib. 1681. 4.
Anteſphoria Palatina &c. Ib. 1683. f.
Ambarvalia Heidelbergenſia &c. Ib. 1687. 4.

Joh. Fridericus Fürſen.

Stellionatus circa Anhaltinas Metalli Fodin famoſiſſimus. Hamburg. 1703. f.

Philippus Gæring, Trudonopolitanus.

Fontium acidorum pagi Spa, et ferrati Tur grenſis accurata Deſcriptio ex Gallica Latina fact á Thoma Rietio, cujus & acceſſerunt in Deſcrip tionem, & ſuper natura & uſu eorundem Fon tium obſervationes. Leodii.. ap. Henric. Hoviun 1592. 8.

Guſtavus Caſimirus Gahrliep von der Müllen Ser. Boruſſ. Regis Archiater.

Conſtitutio epidemica Berolinenſis Anni 170 Eph. Germ. Cent. I. App. p. 19.
- - - - Anni. 1703. Ibid. p. 24.
- - - - - - - 1704. Ibid. p. 32.

Joh. Gothofredus Geilfuſius, Med. D.

De Terra Sigillata Laubacenſi Tractatio La tinitate donata. v. Liebknecht.

Pamphili

Pamphilius Gengenbach.

Wunderzeichen, ſo A. 1520. im Ienner am Himmel geſehen vvorden. An den allergroſſmächtigſten König Karle.

Joh. Daniel Geyerus, Palatinus.

De Montibus Conchiferis & Gloſſopetris Alzejenſibus. In Triga Medica. Francof. 1687. 4.

Joh. Bernhardus Gladbach.

Kurze Abhandlung von dem Schvvalbacher Saurbrunn. Francof. 1699. 4.

Joh. Gœbelius, Med. D. Phyſicus Annæbergenſis.

Διαγραφὴ Thermalium Aquarum apud Hermunduros ſitarum, prope Annæbergium ac Wolkenſteinium, cui acceſſit Appendix Thermarum Germaniæ Lipſ. 1586. 8. ap. Joh. Steinman.

Johannes Gottſched, Phil. & Med. D. hujusque Extraord. Phyſ. Ordin. P. P. Regiæ Scient. Societ. Brand.

Flora Pruſſica, ſive Plantæ in Regno Pruſſico ſponte naſcentes, quorum Catalogum & nomina Joh. Lœſelius Ph. & Med. D. olim diſſeruit, nunc additis nitidiſſimis Iconibus rariorum,

partim ab aliis nondum delineatarum plerarumque Pruſſiæ propriarum ac inquilinarum Plantarum, earundemque accuratâ Deſcriptione, nec non adjectis Synonymiis Veterum Botanicorum interſperſisque Obſervationibus Hiſtorico-Philologico-Criticis & Medico-Practicis noviter efflorescentes. Regiomont. 1703. 4. ex Typographia Georgiana.

Propoſuit ſibi Author condere integram *Pruſſiæ Hiſtoriam Naturalem*, ſed labori immortuus fatis ceſſit.

Ephemerides Meteorologicæ de A. 1702 & 1703.

Natus eſt A. 1668. m. Iul. Regiomonti, Patre *Chriſtophoro Gottſched* Dulciario, Matre *Anna Felknerin*. Med. D. A. 1701. pronuntiatus, & A. 1702 Philoſ. D. mortuus 1704. pater 5. filiorum.

Georgius Graſeccius, Argentinenſis.

Scatebra Petrina, ſeu Acidularum S. Petri & Griesbacenſium, cui accedit præcipuorum humani Corporis Morborum Medica Praxis ad Thermarum uſum accommodata. Argentin. 1607. 8. ap. Jobum.

Samuel Graſſius, Phyſicus Uratiſlavienſis.

Hiſtoria compendioſa Peſtis in confiniis Sileſiæ graſſantis. A. 1708. Eph. Germ. Cent. I. App. 106.

Joh

Joh. Juſtus Gravius, Spangenbergenſis Haſſus.

Diſp. *de Salubritate Haſſiæ.* 1706. Hal. Magd. 4.

Joh. Sebaſtianus Güthe, Meiningenſis.

Seediſcours von dem unter Hermensfeld in gefürſteten Grafſchafft Hennenberg gelege- groſſen See, gehalten von Hydrophilo Lim- ndro, und Halieno. Meiningen. 1704. 12. ourg. 1668.

Samuel Hafenreffer, M. D.

Niederauer Saurbrunn bey Rottenburg am kar. Rottvveil. 1625. 8.

Beſchreibung des Bläſi Bads bey Tübingen. ing. 1629. 8.

Alia Authoris Scripta Medico-Practica recen- *Linden. de Script. Medic.*

Philippus Jacobus Hartmann, Phil. & Med. D. Prof. Med. Extra- ord. Hiſt. ord.

uccini Pruſſici Phyſica & Civilis Hiſtoria cum nonſtratione ex Autopſia, & intimiore rerum rientia deducta. Regiom. Impenſis Martini ervörd. Typ. Joh. Andreæ. 1677. 8.

Succincta Succini Pruſſici Hiſtoria & De- ſtratio. Berolin. Impenſis Joh. Michael Rü- . 1699. 4.

Natus 1648. d. 26. Mart. Stralſundæ. Pa
M. *Philippo Hartmanno* Eccleſiæ ad S. Mariæ Dia
no, Matre *Regina Tetzenia*. A. 1669. Doctor Phi
& 1679. Medicinæ creatus. Conjugem habuit
phiam Melchioris Zeidleri S. S. Th. D. filiam,
qua 4. filiorum, totidemque filiarum factus
ter. Calculo renum, exulceratione pulmonum
febre hectica die 28. Mart. 1707. ferè quinq
genarius obiit. v. Nov. Lit. Mar. Balth. 17
p. 301.

Auguſtus Hauptmann.

Hornhauſiſcher Gnadenbrunn. Leip. 164
Uralter Wolkenſteiniſcher vvarmer Bad-
Waſſerſchatz. Leip. 1657. 8.

Henricus ab Heer, Tungerus.

Spadacrene, h e. Fons Spadanus, ejus ſing
ria, bibendi modus, medicamina bibentibus ne
ſaria. Leod. ap. Arnold. de Corſvvaremia. 16
8. & ſecundis curis auctior ibid. 1622. 8. c
ejusdem Obſervationum Medicarum Li
Lugd. Bat. 1645. 12.

Deplementum ſupplementi de Spadanis F
tibus, ſive Vindiciæ pro ſua Spadacrene, in q
bus etiam Aroph, certiſſimum Paracelſi ad ca
los remedium ſinceré explicatur. Ibid. 1602.

Obſervationes Medicæ oppidó raræ cum
dicamentis aliquot ſelectis. Leod. 1631. 8. L
ap. Andr. Frühnen. 1645. 12. Cui acceſſit ej
q

n Spadacrene in publicum emiſſa á Joh. Mi-
ıelis. Extat & cum Joh. Bapt. Helmontii Libro,
Titulus : Propoſitiones notatu dignæ , de-
